



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Cavssa Helvetica Orthodoxae Fidei**

**Murner, Thomas**

**Lucernae, 1528**

**VD16 M 7034**

D. Eckivs.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-29525**

## CONCLVSION QVINTA.

mini ad bonū, ita etiā & facit in pœnitentia operatione. Ulti-  
mo sicut respondit de meo argumēto incorporationis dicens  
eos in purgatorio Christo incorporari per charitatē, hic non  
est scripturarū modus sic loqui, per fidē em̄ deo despōsamur,  
ut habeat Oseae ij. cap. Et ego te mihi in fidē despōsabo, secūq;  
ad fert natura fidei, ne quid poenarū de nostro sposo cōfida-  
mus. Item hoc uerbulū peccatorū ultra non recordabor apud  
prophetā Esaiā sape inductū. Et Hiere. xxxi. in purgatorio  
non cōpleteſ. Nunq; peccatorū magis recordat quā in pœna.  
Nam implebit hoc uerbulū gratis, sicut ad Ro. habet ij. cap.  
Iustificati gratis per gratiā ipsius, per redēptionē quæ est in  
Christo Ihesu. Neq; implebit quod Psal. I. dicit. Lauabis me  
& super niuem dealbabor, qui iam purus esse debebit, quo-  
modo super niuē dealbat. Quod aut̄ & pœnā nobis deus do-  
nauit cum traditione filij sui in exēplo filii prodigi bene adpa-  
ret quō cū gaudio exceptus fuerit, his respondisse uolui.

### D. E C K I V S.

In nomine tuo dñe Ihesu Christe, Amen. Libris uti, & in  
ecclēsia legere suā habet uiam. Sed librū Machabæorū ostendit  
se in canone, sicut & comperto habetur in Concilio Af-  
ricano & Innocentij papæ, cum hoc rem ita demitto. Neq;  
ulla hic necessitas urget disputare, utrum præcellat scriptura  
vel ecclēsia, hoc autem certum est, Christū nullum scripsisse  
librum, nec ullum librum scribere iussit, ecclēsia antiquior  
est scripturis noui testamenti. Scriptores quales sunt Iohan-  
nes Paulus &c. membra fuere ecclēsiae. Hic ad cauſam suffi-  
cite ecclēsiam per spiritum sanctum cognoscere potuisse, qui  
scriptorum uerbum detractarit, quod ad lectoris censuram  
remitto. Domini mei doctoris datum intellectum super Pau-  
li uerba ad Thimothæum in suo ualore dimitto. Ad dictum  
Corinthiōs ad suum intellectum firmandum, dicit quidem,  
quia se subiicit iuditio spiritualium, quum tamen nolit uel  
eos de parte aduersa acceptare. Iuditium equidem egregiorū  
episcoporū

## COLLAT I O LVII.

episcoporū, uniuersitatū, & de uenerabili sacramēto non pietur iuditiū Lutheri, Ruggeri, Brentzij. Nunc aut̄ ego doctorem tantæ aestimationis aestimo, quod & Augustinum & Vulgarū &c. etiā spirituales censeat, quoꝝ iuditiū (iuxta suā met exhibitionē) acceptare deberet. Inducit aduersus me unū argumentū, quod pr̄ter scripturarū morē hoc uerbulū ignis immutē, respondeo uerborū conditionē hoc efficere, primus inq̄ ignis iuditiū dñi ostēdit, ubi dies eius declarat, & in igne manifestabit̄, & post aliū cōminiscit̄ ignē per quem saluabit̄, & hic est scripturarū mos, uerbulū uincim uaria significare, sicut Iohannis iij. ubi dñs noster Christus dicit, messis uenit p messe corporalī accipit, & mox in altera linea regiones p albae sunt ad messem, de spirituali loquīt̄ messē. Dictū Iohan. v. ad cognitionē remitto lectoris. Quod aut̄ dñs me⁹ doctor ait ecclesiā ipso die parasceues pro hæreticis orare, quia non omnes in spiritū sanctū peccent, ut sunt hi⁹ qui ex ignorantia in fide aberrant, ego uero dico oēm hæreticū peccare in spiritū sanctū, si enim quis ex impeccabilī ignorantia in fide erraret, is quidē errat sed non erit hæreticus censendus. Additum Matth. xij. respondit ex simili sermone, ac si quis dicat, neq̄ corpore nec anima sanus sum, hoc est nullā habeo sanitatem. Hoc exemplū est contra dñm meū Doctofē, ex hoc enim sermone intelligitur duplēcē esse sanitatē, uiam corporis alteram animae, quarū nullam habet. Ideoꝝ & simile hic est ubi Christus dicit ideo non remitti, neq̄ in hoc, neq̄ in futuro culo, ubi de duabus remissionibus fit mentio, quarū una hic est, altera post mortem, quæ sola fit in purgatorio, quarū hic nullā habet de qua Christus loquit̄. De pœna & culpa peccatorū dñs meus doctor induxit dicta de magna dei misericordia, quā ego confiteor, proculq; dubio si non tam foret misericors Hessoni ceterisq; uenerabile sacramentū officiūq; usū tam misere tractantibus non percisset, misericors qui dem est deus sed tamen iustus, Dauidē Psal. lxxxiiij. dicente,

Misericor

## CONCLVSION QVINTA.

Misericordia & ueritas obuiantur sibi, iustitia & pax osculae sunt. In summa in omnibus operibus dei iustitia est & misericordia. Ratione peccati Dauid, quod occultū dixi, clara habeo uerba textus. Quia uero aestimat doctor publicū fuisse peccatum quoq; inimici blasphemarint nomē dei. Dico hoc ad mortem extendi præstantis uiri Vriæ, qui a gentibus occisus est, ob quod deum suū Israhelis blasphemarūt, sed & hoc adscripturas remigto. Præterea obiectionē meā ad ea uerba, quomodo pro nobis Christus satisfecerit, Esaïā cap. iiiij, glosat de fidelibus. Dico quando peccata originalia in baptismo remittuntur, manent nihilominus ibi cor pœna & correctio, quæ sunt nostrū exiliū & mors, siue q̄s credit siue non. Quā ab actuale peccatum maius sit originali, quare post eius remissionē etiā nō maneret pœna siue correctio. De huius mundi tribulatione quō nobis sit multis uījs utilis, doctores scholasticū declararunt, Dñs meus doctor adhuc de metantū confidit, me non dicturū Christū in purgatorio passum, nec hodie dico. At frater eius in Christo Iacobus Stapulensis, hic quidem dicit Christū iam primū in inferno crucifixū, sed hoc nos ambo non tāgit ut spero. In caussa baptismi permaneo in hodierna opinione, ianua ecclesiae est baptismus, ianua est sacramentorum, per baptismū erimus filij dei & ecclesiae, & ideo nimis pœnā actualis peccati tolli, ne ultra eius deus recordetur post penitentiā, sicut Hieremias & Ezechiel dicunt, uerum hoc est ratione culpæ, ratione tamen pœna aliter est, natum est ex scripturis ut supra. Contradicēdo inquit incorporationē fieri per fidē. Verū dico, quum opera fides per charitatem, ut Paulus ad Galath. ait, tunc ita est. Nam & Hiere. ij, capite ita recenset, charitas desponsationis alioqui fides sine operib⁹ mortua est & inutilis. ut dicit Iacobus, diuina uoluntas gratis iustificat hominē, sed quod ob id eum non temporaliter punire debeat, ego non accepto, quod ad sententiam remitto. Sicq; ut Dauid dicit, poenitētem super niuem dealo.

Kk

## COLLAT I O LVIII.

bari, etiam de diuina charitate dictum est contra peccatorum culpam & non pœnam. Sic & de filio prodigo, nihil contra pœnam probat, quum illa ex alijs scripturæ locis reperiatur, sed & hoc sententiæ commendo &c.

## C O N C L V S I O .

**A**D hæc rogatum habere uolo dominū meum doctorem Iohannem Oecolampadium, cui deus gratiam contulit præ cæteris tractandi scripturas, intellectum linguarum, diligentiam easdem legendi, uelitq; mente reuoluere, tot milia sanctorum martyrum, tot milia proborum sanctorum doctorum omnesq; Christo fideles, qui per omnia Christianorū regna, iam ferme annis mille quingentis absq; reprehensione uixerunt, beati obierunt. Mente cogitet æternū & misericordem deum, dominū nostrum Ihesum Christum (cuius hodie misericordiam summe laudauit) sponsam suam & coiugem tot annis in errore nō dereliquisse. Recordetur in uerbo deitur bida hæc errorum tempora non esse supra antiquam ecclesiā prophetata, sed supra iam appropinquantia tempora nouissima, prout in plaurisq; locis experimur, & palam cernit. Nam omni procul dubio doctor Iohannes, ubi apud catholicam maneret ecclesiam, per suam dispositionem & scientiam multabona efficeret. Et personæ meæ ratione xogo eum iam habitam disputationem non egre ferre, quum ipse non fieleiam per scripturas & picturas Lutheranorū, me non temporales honores, sed contemptum consequiturum. Pacatus & qui etius inq; mihi obtigisset, minusq; periculi immineret, ubi domi lectioni meæ operam impendissim & laborem, quamvis equitando uagari. Similiter & propter deum cæteros hic presentes rogo sacerdotes, ut se doctis & senioribus catholicæ ecclesiæ obedientes præbeant, nullasq; in sancta fide innouationes inducant, quia sanguis animarum per eos seductarum, deus alioqui de ipsis manibus requiret. Doceamus in unitate fidei mundo, carni, & diabolo reluctari, ut una simul æter-

nem